

R. P. D. P R I O L O .

Carpentorat. hereditatis seu Fideicommissi .

Vener. 24. Novembris 1690.

ARGUMENTUM.

Exclusio descendendum Secundogeniti subingressi in locum Primogeniti in Secundogenitura ex traditis in alia decisione affirmatur.

SUMMARIUM.

- 1 R Eus dicitur in eius exceptione Actor illamque consequenter probare tenetur.
- 2 In qualitatibus quo habitatem Personae respiciunt attendendum est tempus quo successio deseruit.
- 3 Ut descendentes ex secundogenito vocati sui irrevocabiliter acquirant, sufficit quod eorum Pater per temporis momentum secundogenitus extiterit, adeo ut per successum ascensum ad gradum Primogeniti minimè remaneant praesudicati.
- 4 Declaratur vera sit conclusio si Testator secundogenitum nomine proprio nominaverit, scilicet si nomine appellativo cum tunc non sufficit quod extiterit secundogenitus ante apertam successione, sed exigitur quod talis sit de tempore purificatus conditionis & n. 5. & 6.
- 7 Nemo dicit quod non habet.
- 8 Linea incipit de tempore incapacitatis ipsa quoque incapax efficitur & n. 9.
- 10 Causa. conf. 164. lib. 2. n. 5.
- 11 Seraph. dec. 145. n. 2. in quo casu loquantur.
- 12 Declaratur Rot. in Bononien. Primogeniturae 16. Januar 1675. cor. Bourlemont.

DECISIO LX.

J Am proposita Causa coram me die 23. Junii proxime praeteriti sub dubio, An sententia Rotalis R. P. D. mei Molines sit confirmanda, vel infirmanda DD. crediderunt substitutionem de qua est questio ab Alemanno factam secundogenito Guillelmo esse civilem, & non naturaliter interpretandam; atque idem pro confirmatione responderunt. At tamen in hoc praesenti Juris articulo, in quo eadem persona nempe Guillelmus Junior qualitate primogeniti, ac secundogeniti representatur, & capacitate, incapacitate quoque succedendi tenet, nil facilius, quam omnia tempora distinctione plura scribere, sed in hodierna causa repositio illa DD. praesentibus habentes in decisio perierunt.

Contra primam partem decisionis, hoc est, quod Alemannus in tertia substitutione vocando secundogenitum Guillelmi illum non taxative, & personaliter contemplantur, sed gradum potius elegerit, ideoque talis substitutio sit civiliter, & non naturaliter intelligenda, iterum multis, sed inefficacibus insurrexerunt argumentis Scribentes pro Barone Petro Francisco.

Et primum desumunt ab ipsa decisione R. P. D. mei Molines §. si quidem, ubi praetendunt, quod cubitalibus verbis firmatum sit Alemannum respexisse taxative ad certam, & determinatam personam secundogenitum nempe, quod tantum resolutio fundetur in aequivoquo nempe, quod Guillelmus Junior esset primogenitus. Sed hoc minimè subsistit, dicit enim, & sunt ipsamet verba Decisionis Subsistit restrictio personam certam nimirum filium secundogenitum, sed cum his verbis bene convenit nostra Decisio, nam persona certa ex certa verificari potest in quoque secundogenito Guillelmo, sive Guillelmus sit talis, sive alius & ita dispositio Testatoris etiam secundum sensum R. P. D. mei Molines est civiliter interpretanda.

Secundo repetunt illam facti circumstantiam, quod Guillelmus Senior habere de tempore conditi Testamenti per Alemannum quinque filios, quodque ex aliorum praetentione desumenda sit praedictio Guillelmi Junioris ex propria persona, non autem uti secundogeniti. Sed cum hoc factum probare minimè poterint Defensores Baronis Petri Francisci nisi ex solo primo testamento matris condito de anno 1551. tale onus transfundere curarunt in adver-

sariam tamquam hoc asserentem. Verum nimis patet quod talis assertio sit fundamentum intentionis Baronis Petri Francisci in hac exceptione Actoris, quod; ad eundem spectat suam intentionem probare ad text. in l. qui accusare C. de edend. l. actor. C. de probat. & l. fin. ff. de veri dicat. Sufficit enim D. Caroli illam negando destruere, & ulterius, ut deficientiam quoquo modo demonstret adducit alterum Matris testamentum, in quo de tribus tantum filiis mentionem facit hodierno Summ. n. 4.

Tertio ad ostendendam personarum praedilectionem, quam semper Alemannus in mente habuit considerant primam ipsius institutionem, & substitutionem in qua cum Septem ex Alexia Sorore Nepotes haberet quatuor tantum, & per saltus vocavit. Hoc tamen gratis dicitur, ex nulla enim verborum conceptione praedilectio desumitur, & potius argumentum retorqueri posset, si opus esset. Nam certum est, quod Alemannus absque ulla confusione potuisset vocare Nepotes per gradum nativatis scilicet denominando Thomam quartogenitum, alterum sextogenitum, &c. sed quia in illo casu fore praedilecti personas, illos expressè nominavit, ut citra dubium mutationis succedere possent.

Facilius demum corruit dilemma, quod indissolubile creditur, quod nempe, aut Alemannus in tertia substitutione respexit taxative ad secundogenitum existentem de tempore Testamenti, & talis est Guillelmus Junior. Aut verò respexit ad secundogenitum civilem existentem de tempore delatae successione, & talis est alter Baro Petrus Franciscus: Neutrum tamen subsistit, non primum, quia jam firmatum est, quod talis substitutio civiliter, & non naturaliter est intelligenda, non secundum quia Alemannus vocavit secundogenitum Guillelmi, & ejus descendentes primogenitos, non quoque secundogenitos in linea Guillelmi.

Firmato itaque ex noviter deductis, atque etiam ex auctoritatibus in decisione, quae revidetur jam allegatis, nec amplius repetendis, quod talis substitutio sit civiliter accipienda, fideicommissum erat purificandum favore illius, qui tempore delatae Successionis erat secundogenitus, vel illius linea tamquam fideicommissum conditionale, in qualitatibus enim quo habitatem personae respiciunt, attendendum est tempus, quo successio deseruit, quia non prius oportet de conditione cujusque quaerere, quod ad eum hereditas, vel legatum pertinet l. post consanguineam §. proximum ff. de suis, & leg. h. er. l. 1. ff. unde leg. si non oportet ff. de leg. 1. l. sed & si l. 10. §. esse a. & §. pen. ff. de leg. praes. ff.

Agnoscentes tandem hanc veritatem ex adverso Scribentes modò tota vi probare contendunt, quod Guillelmus Junior etiam per solum momentum extitisset in gradu secundogeniti de tempore aperte substitutionis; sibi suisque acquisivisset incommutabiliter saltem jus habituale, & jus in spe, de quo expolari minimè potuit etiam per ascensum ad gradum primogeniti, quodque illis sufficit ostendere talem fuisse Guillelmum Juniorem, & talem modo esse Baronem Petrum Franciscum, & hanc opinionem tuerentur tribus auctoritatibus nempe, Causa. conf. 164. n. 5. vers. Ad secundum Dec. Seraph. 145. n. 2. vers. ideo sufficit, & in Bononien. primog. 16. Januar. 1675. cor. Bourlemont. §. Nec subsistit, quae magistralis vocant, & utique tales sunt, sed non in sensu partis.

Hac propositio nimis generalis est, & indiget distinctione ut bene intelligatur, & casui nostro adaptari possit. Jus habituale quod pretenditur acquisitum per Guillelmum in ipso momento aperti Testamenti potest esse certum, & invariabile, necnon incertum, & variabile. Si tale jus esset certum, & invariabile, hoc est si fuisset vocatus expressè ex propria persona, bene utique dixissent, quod satis est. Guillelmus illud per unicum etiam temporis momentum acquisivisset, ut modò illius descendentes succedere possent. Sed tale jus incertum est, & variabile relictum nempe secundogenito, & ita non minus Guillelmo, si in tali gradu permanisset, & filios procreasset, quam alteri, qui illi in tali gradu Successisset. Cum autem tale jus sit incertum non sufficit, quod a principio Guillelmus illud acquisiverit, sed necesse est quod conditio adimpleatur etiam de tempore delatae successione, hoc est quod Baro Petrus Franciscus dici valeat primogenitus ex linea secundogeniti Guillelmi, alias jus habituale, & jus in se conjungi non possent si tunc hoc medio impedimento non adimpletae conditionis.

Hanc

Hanc materiam doctissime examinat Roxas de incompatibilitate par. 1. cap. 4. per tot. & quamvis casus sit diversus & agatur an legitimatus per sublequens aetate major praerogendus sit in majoratu filio legitimo. Ratio tamen, quam considerare debemus, est eadem, firmat enim quod idem filius legitimus nunquam potuit jus certum, & invariabile ad majoratum sibi acquirere, quia existeret filius naturalis in potentia, & possibilitate legit. mand. & tanquam legitimatus fieri capax successione, à qua sola possibilitate remanebat conclusus legitimus, & attendendum erat tempus delatae successione.

Praeterea haec opinio duobus exemplis ab eodem Roxas notabilis augetur, & explicatur. Primum casus, ut duo disjuncta extrema inter se conjungantur, necessarium est medium. Sicut ad conjugendas fluminis ripas necesse est, quod pondus intermedium existat. Secundo supponit plures in Stadio currentes, & quod unus ceteris omnibus praecedat, si iste postea in cursum deficiat, & ab altero ad metam perveniat, huic, & non illi Bravium debetur, & nihil consideratur illa praecedentia, quae usque ad finem cursus durare minima potuit. Ut ista casui nostro applicemus jus habituale incertum est quid distinctum à jure reali, ut inter se conjungatur necesse est, quod adimpleatur conditio per Testatorem desiderata, neque satis est quod à principio tantum, hoc est de tempore aperti Testamenti valeat dicere, quod Guillelmus fuerit secundogenitus, sed oportet, quod duret usque in finem, & quod etiam de tempore delatae successione dicatur, quod Baro Petrus Franciscus sit primogenitus ex secundogenito Guillelmi Senioris, quod cum non verificetur, neque ista duo extrema conjungi possunt, neque prodest solum principium, & substitutio corruit.

Non solum ex persona Guillelmi, sed neque per se, & independenter rationem ullam succedendi praetendere potest Baro Petrus Franciscus, non enim est de vocatis tantum natus ex primogenito, quod est alterum partis suppositum. Guillelmus namque antequam filios procrearet factus primogenitus amiserat jus illud habituale, quod uti secundogenitus habebat, amissumque non erit amplius transmissibile in filios postea natos, quia nemo dat quod non habet; nec unquam majus jus esse potest in transfusario, quam in transmittente ad textum in l. traditio ff. de acquir. rer. domin. Menoch. conf. 954. numer. 16. Aldob. conf. 3. sub numer. 57. liber. 1. Noal. de transm. conf. 8. mun. 179.

Praeterea quod haec juris regula vulgata sit eam optime firmat Valaquez de Avendan. ad l. 40. gl. 4. in pr. ubi distinguit lineam procreatam in gradu capacitatis, & ait, quod deficiente conditione, requisita, tunc incipit incapacitas, ac incapax reddit lineam post talem incapacitatem acceptam. Quod mirifice facit ad casum nostrum, quia verum est, quod Guillelmus fuit capax fideicommissi Alemanni utique dum fuit secundogenitus, sed postea factus primogenitus deficiente conditione ab Alemanno demandata factus est incapax, & cum in tali capacitate ceperit filios procreare, ipse & ejus linea incapaces effecti sunt, ut praeter Avendan. bene comprobatur Castill. controver. jur. lib. 3. cap. 19. nu. 10. Molin. de primog. Hispan. quae. 13. num. 20.

Larea quoque Dec. Granaten. 51. num. 24. hoc firmat pulcherrimo exemplo, ait enim quod succissa vena deficit cursus, ita capacitas femel laesa semper remanet talis ad omnes actus, qui post laesionem ab ea profici possunt, imò postea etiam dici quod succissa vena neque cursus incipit post sectionem in parte inferiori, quia secundum ejusdem Lareae sensum non videtur aliquid jus ademptum illis de linea, sed potius non datum.

Ecce igitur quomodo Roxas, & Valaquez de Avendan. caeterique DD. supradeducti conveniunt cum sententia in praecedenti nostra decisione firmata, quod nempe in fideicommissis conditionalibus attendendam est tempus delatae successione, & omnes ad unum eundemque finem tendere videmus tantum per diversos tramites longiores seu breviores.

Hac retenta ratiocinandi methodo, quam alienae sint praesenti quaestione auctoritates exadverbo deductae facile dignoscitur.

Inter tres allegatas prima est Causa. conf. 164. lib. 1. n. 5. vers. ad secundum, ubi enim dicitur, quod secundogenitus quamvis proximior defuncto non poterat succedere

in primogenituram, quia extabat descendens primogeniti; Haec sola facti species demonstrat, quod diversus sit casus iste à nostro, potissima enim jus & praerogativa decisionis ratio consistit in eo, quod Guillelmus Junior transivit de gradu secundogeniti ad gradum primogeniti non relicto liberis in quibus radicari posset jus habituale.

Secundo est decisio Seraph. 145. num. 2. vers. ideo sufficit, ubi agitur de proximiori defuncto, & quae qualitas proximitatis tamquam invariabilis non est cum nostra variabilis comparanda. Imò retorqueri posset, nam eadem decisio in principio firmat pro regula, quod in fideicommissis conditionalibus attendi debeat tempus evenientis conditionis, postea limitando regulam ponit casum proximitatis, quae tamquam invariabilis consideranda est tempore mortis Testatoris. Si ergo exceptio firmat regulam in contrarium, dicendum est quod in casu nostro ex eadem auctoritate regula sit attendenda.

Minus demum accommodatur tertia, quae est decisio Bononien. Primogen. cor. Bourlemont §. Nec subsistit. existeret enim Sebastianus, ut videre est; filius Carthagine in gradu capacitatis procreatus, hoc est in gradu primogeniturae, quae erat qualitas à Testatore desiderata, & in quem moriendo ipsa transfuserat jus habituale seu in spe, quod tenebat, nam tempore Sebastianus dici poterat primogenitus ex primogenita.

Eodem incapacitatis defectu utique laboraret Carolus nisi sublata remaneret ex claris verbis ipsius Testamenti, postquam enim in secunda substitutione vocaverat Alemannum primogenitum Claudii, in quarta vocavit lineam secundogeniti ipsiusmet Claudii, ex quo enim Testator ita disposuit praevidebat mortem Alemanni primogeniti, ac in tali casu secundogenitus intendus est à primo, & per consequens Franciscus qui in arbore occupat primum locum post Alemannum, dicendus est secundogenitus, & ejus descendentes ex linea secundogeniti.

Postquam DD. visum est fideicommissum purificatum ad favorem Caroli extra quaestionem remansit, an esset locus retrogradationi, vel potius bona evasissent libera, quae ab utraque parte opponerantur de quibus nihil in praesenti.

Nulla pariter responsione vindicantur auctoritates pro D. Carolo allegatae; & in praecedenti decisione contentae, nam satis est quod illas unumquodque sano oculo praegat & consideret in quem sensum citatae extant.

R. P. D. P R I O L O .

Carpentorat. hereditatis seu Fideicommissi .

Vener. 23. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Magistralis est decisio aliarum confirmatoria super articulo an Descendentes secundogeniti sui irrevocabiliter acquirant in secundogenitura adeo Pater per ingressum in locum Primogeniti eis praedictum inferre non possit.

SUMMARIUM.

- 1 V Ocati ad fideicommissum si non comparant praesumuntur desisti.
- 2 Et cuius favore facta non fuit vocatio obstat exceptio substitutione de te non loquitur.
- 3 Secundogenitus per praedecessum primi efficitur Primogenitus.
- 4 Testator substituendo Descendentes secundogeniti statim ex existentia istius illi acquirunt jus, adeo ut Pater si secundogeniti qualitate perderet voluerit ipsi nequeat praedictum inferre declarata ut num. 7. 8. 9. & 10.
- 5 Testator substituendo secundogenitum, & illius Descendentes ut ipsi Jus acquisivisse dicantur, exigitur quod de tempore aperte successione qualitas vocata à Testatore reperitur.
- 6 Testator si vocaverit secundogenitum legitimum, & naturalem non dicitur se restrictivè ad secundogenitum suum.

- tunc existentem, & numer. 12.
- 12 Vocatio secundogeniti facta nomine appellativo admittit secundogenitum civiliter non autem naturaliter si Testatori secundogenitus esset cognitus & attamen nomine proprio non nominaverit.
- 14 Apud Gallos idem est secundus genitus ac secundus natus.
- 15 Usus loquendi prævalet circumque naturali & propria verborum significationi.
- 16 Hære spernendoneus assumendi cognomen & arma Testatoris abdicat à se commodum Hereditatis.
- 17 Limitatur si adus fuerint expleri ante acquisitionem emolumentum.
- 18 Quod sint alienata bona fideicommissa obnoxia nequit allegare ille qui non est vocatus.

DECISIO LXI.

Prævis duabus Decisionibus editis coram R.P.D. meo Molines, quarum vigore prodiit sententia Rotalis adeo solide firmatum fuit Alemannum de Passis inter plures substitutionum gradus vocasse ad proprium fideicommissum immediatum Secundogenitum Guillelmi Senioris, ejusque descendentes primogenitos, ut Scribentes pro Barone Petro Francisco apocenteses forsan earundem Decisionum fundamenta non ita de facili everti posse conati fuerint ad proprium commodum interpretari, & accommodare. Quapropter melius justificata arbore familiarum de Panisfès ostendere satagebant ex superexistencia Gabriëlis alterius filii primogeniti Guillelmi Senioris tunc existentis de tempore Testamenti, & obitus ipsius Alemanni Guillelmi Juniorum tunc fuisse Secundogenitum, ideoque juxta sensum Decisionum substitutionum exinde inferantur clarum reddi vocationem Baronis Petri Francisci uti descendentes ex Guillelmo tunc Secundogenito. Quocirca, cum in gradu appellationis post expeditam Causam super manutentione favore Marchionis Terræ iterum coram me dubitatum fuerit de veritate sententiæ Rotalis, DD. non obstantibus exceptionibus de novo deductis, pro illius confirmatione respondimus.

Siquidem ex lectura ipsius Testamenti noviter percepti constare visum fuit de vocatione Caroli actoris; Nam cum Alemannus Testator post defunctas lineas Thomæ, & Alemani substituerit Secundogenitum Guillelmi Senioris, ejusque Primogenitos, illique deficientibus successivè invitaverit Secundogenitum Claudii, ejusque primogenitos in infinitum, dum igitur ex prædictis lineis ita honoratis modo non superesset nisi Carolus descendens ex secundogenito Claudio, merito eidem concessa fuit immisso ad bona hujus fideicommissi, cum cæteri alii ante ipsum vocati, quoties non comparent, præsumantur defuncti, Rota in recent. decis. 79. num. 12. part. 5. & decis. 458. n. 1. part. 9. & cor. Cels. decis. 388. n. 2. & segg.

Nec vocationem Caroli intervertere potuit superexistencia Baronis Petri Francisci, quia cum iste descendat ex Guillelmo juniore primogenito d. Guillelmi Senioris, de quo in Testamento Alemani, nulla mentio facta fuit, cum non sit de genere vocato, ei obstat vulgata exceptio, substitutio de te non loquitur, de qua apud Jo. And. in Addit. ad Specul. tit. de testament. §. i. vers. occurrit in fine, cum alius allegatis in prima decis. hujus Causæ 14. Martii 1687. §. postea fideicommissi cor. R. P. D. meo Molines.

In nihilo relevante, quod de tempore conditi Testamenti ob existentiam Gabriëlis alterius fratris, Guillelmus tunc esset Secundogenitus, itaut per prædecessum Gabriëlis, licet civiliter effectus fuerit primogenitus, quia tamen jam præcedenter acquisitum fuerat ejus descendentiibus si non jus in re, saltem jus habituale, aliquo certum, & incommutabile, non potuerit Guillelmus patet per hujusmodi voluntatem subingressum fuit, quod cur tamquam venientis ex propria persona juxta, ea quæ firmat Rota cor. Seraph. decis. 145. n. 2. cum segg. & in Bononiens. primogenituræ 16. Januarii 1675. §. nec substit. cor. R. P. D. Bourlemon.

Quoniam pro remotione hujus obiecti DD. ponderabant, quod cum ad successorem hujus fideicommissi vocatus fuerit secundogenitus Guillelmi senioris, & suc-

cessivè substituti ejus descendentes primogeniti talis profectio non erat Guillelmus Junior, qui longè ante apertam purificationem d. primogenituræ per obitum Gabriëlis jam subingressus fuerat in locum primogeniti civilis, quapropter non solum ipse, sed tota ejus linea, & descendentiæ tamquam provenientes à radice infecta, & à persona non vocata reddita fuit incapax hujus primogenituræ, quæ cum speciale qualitate exigit, ut ejus successores descendant à secundogenito Guillelmi senioris illa præcisè requiritur de tempore delatæ successioni, vel apertæ substitutionis ad tradita per Alciat. conf. 101. n. 91. & segg. lib. 9. Valenzol. conf. 83. numer. 31. lib. 1. Menoch. conf. 220. num. 123. & segg. Molin. de primogen. r. cap. 5. num. 20. ubi firmat id præcipue procedere quando fideicommissum est perpetuum, & substitutio ordinata in remotum tempus, Rota coram Sanctissimo decis. 254. n. 2. & segg. Bich. decis. 602. n. x. cum pluribus segg. & in rec. dec. 346. n. 6. par. 12.

Eoque clarior in præfenti themate, quia cum Guillelmus Junior filius suscepit post obitum Gabriëlis fratris primogeniti, & sic de tempore, quo ipse de secundogenito evaserat primogenitus; inde sequitur, ut Baro Petrus Franciscus, ejusque authores minime dici possint descendentes à linea secundogeniti Guillelmi senioris & proinde sicuti ipemet Guillelmus tamquam effectus primogenitus de tempore delatæ successioni fuisse exclusus, ita etiam exclusi remanent ejus descendentes, cum in illis, nec incepta, nec radicata unquam fuerit qualitas descendentiæ à secundogenito præcisè à testatore desiderata in successione hujus primogenituræ, Decian. conf. 7. num. 59. & 60. lib. 1. Mantie. de Conjectur. lib. 8. tit. 10. num. 3. Mastrill. decis. 266. num. 16. Mans. consult. 106. num. 12. cum segg. Rota cor. Sanctissimo d. decis. 254. num. 3. & segg.

Ex quibus ita præmissis elicitur responso ad autoritates superius infirmatas à scribentibus pro Barone, ut illas scilicet procedant si Guillelmus post susceptos liberos ex propria culpa se reddidisset incapacem successioni, quo sanè casu culpa Patris filius nocere non posset, at in casu præfenti cum Guillelmus transierit in locum Primogeniti, non quidem voluntariè, sed ex sola operatione legis ita demandantis, illius itaque incapacitas potius provenit à natura, quam à culpa, Capon. discept. 237. ni. 58. quo fit, ut ejus descendentes tamquam procreati in statu incapacitatis, & estormantes lineam primogenialem à Testatore non vocatam, nullum profectus jus, neque habituale, neque in re acquirere poterint ad hujusmodi successione, ad quam cum invitata sit linea solius secundogeniti, remanent, perneceffe, exclusa linea primogeniti cum vocatio unius lineæ imporet alterius exclusionem, Roxas de incompat. par. 1. c. 6. n. 12. Mans. consult. 126. n. 25. vers. et pulcherrima est, Rota in rec. decis. 309. n. 7. par. 13.

Et sanè, quod primogenitus Guillelmi senioris ejusque descendentes nullum jus acquirere poterint in hac primogenitura, nedum suadet contextus ipsius Testamenti, in quo cum fiat mentio de secundogenito, tertio genito, aliisque Testatoris nepotibus, prætermisso, & neglecto dumtaxat primogenito, apertè elicitur voluntas disponentis pro illius exclusione, sed ulterius animadvertum fuit, quod Alemannus eo forsan Primogenitum exclusit, quia opinari potuit illum esse successurum in hereditate Matris, cujus Patrimonium tunc erat opulentissimum, ut ita cæteris fratribus consulum esset de propriis bonis Testatoris, ut in similibus terminis observat Rot. dec. 39. n. 13. cum segg. par. 13. rec. licet hoc deductum sit extra necessitatem Causæ.

Minus urget, quod Testator usus fuerit verbis importantibus vocationem secundogeniti naturalem potius, quam Civilem ibi -- *In secundo filio masculino naturali, e legitimo*. Ita ut sequendo voluntatem disponentis, testamentum quoque debeat juxta ordinem nature interpretari: Quoniam pro responsione animadvertum fuit, quod vocatio secundogeniti concepta fuit cum qualitate superius expressa ibi *naturale, e legitimo*, ex hac autem vocatione ita qualificata argui videbatur Testatorem non intellexisse de secundogenito tunc existente, sed potius reflexivè, vel ad illum secundogenitum, qui esset talis de tempore delatæ successioni, vel ad ipsum secundogeniti descendentes, Rota coram Bich. dec. 602. nu. 12. & me-

melius in recent. decis. 301. num. 4. cum pluribus sequentibus par. 17.

Quod eo certius procedere visum fuit in præfenti hypothefi, quia si Testator intelligere voluisset de secundogenito naturali, juxta ea quæ firmat supradicta dec. 201. n. 4. potuisset illum tamquam cognitum, & viventem de tempore conditi Testamenti proprio nomine nuncupare prout nuncupavit Thomam, & Alemannum, quos singulariter prædilexerat, undè cum vocatio secundogeniti facta fuerit nomine appellativo, hinc manifestè colligitur Testatorem non fuisse taxativè, & determinatè contemplatum, certam individualement personam, ex discretivo quippe modo loquendi per ipsum adhibito arguitur voluntatis diversitas de uno casu ad alium ex allegatis in Romana, seu Florentina fideicommissi prima Junii 1682. §. sed non minoris coram R. P. D. meo Hervault confirmata 6. Martii 1682. §. alterum cor. hon. mem. Rondinino.

Non obstat, quod in hac vocatione secundogeniti qualitate legitimitatis præcedat illud verbum *Naturale*, quasi hoc factum fuerit à Testatore cum solo mysterio vocandi secundogenitum naturale, quia cum in toto contextu Testamenti, & in omnibus ejus partibus Alemannus Testator semper eadem loquendi formula usus fuerit, modo instituendo filios naturales, & legitimos, modo substituendo primogenitos pariter naturales, & legitimos, sequitur proinde, ut hæc verba non alio fine adhibita fuerint, quam ad effectum excludendi Descendentes naturaverentur in sola agnatione legitima, & naturali.

Minus relevat, quod Testamentum lingua Gallica exaratum, non loquatur de secundogenito, sed de secundo nato, quo casu idem est, ac si secundogenitus fuisset proprio nomine nuncupatus, quia cum secundogenitus aliter in d. Idiomaticè appellari non soleat, cum secundogenitus aliter, & idem sit secundo natus quam secundogenitus, ut videtur esse apud Natanel Duer. in ejus Dictionario ibi *Secundogenito, secundus, puer* propterea dicendum venit Testatorem usum fuisse d. verbo ex necessitate, cum aliter se explicare non potuisset, & usum loquendi prævaleret ad Text. in cap. ex litteris ubi gloss. extr. de Sponsal. Gregor. decis. 123. num. 1. & in rec. dec. 135. n. 4. cum segg. part. 10.

Et licet ad magis confirmandam prædilectionem Guillelmi Scribentes pro Barone in hac postrema propositione novam familiæ Arborem exhibuerint, in qua cum descripti repererunt quinquè filii, arguebant quod exclusio non solum primogeniti, sed quarti, & quinti Nepotis non poterat provenire ex solo amore secundi, & tertii gradus, sed id potius tribuendum esset prædilectioni Guillelmi, & alterius Nepotis. Placuit enim responso quidquid sit, an ex tali exclusione argui possit aliorum prædilectio, existentia tamen istorum quinquè filiorum non deducitur nisi ex primo Testamento Matris, quod cum præcedat illud Alemani potuerunt hoc medio tempore deficere, & eoque magis quia in alio posteriori Testamento ejusdem Matris fuerunt prætermissi, quod sanè demonstrat eos de tempore Testamenti Alemani fuisse probabiter prædefunctos.

Et demum inopportunitatem visum fuit obiectum incapacitatis Caroli, eo quia à se abdicaverit nomen, arma, & bona Testatoris, & hæc prævia transactio cessit Dominico de Seguinis extraneo, & itaut per talem abdicacionem ipso facto cederit ab omni commodò fideicommissi, & successio censeatur resoluta usque ab initio, nam cum obligatio per Testatorem imposita assumendi nomen, & arma non potuisset pnam privationis incurrere, nisi post quæsitum emolumentum, quod cum nondum consecutus fuerit, inobservantia minime illi imputari valet, eoque magis, quia Baro Petrus Franciscus non est de genere vocatus, quapropter citra sui præjudicium potuit Carolus etiam transfigendo libere disponere de bonis fideicommissariis juxta Text. in l. cum pater §. libertis, & l. qui solitum §. prædium ff. de legat. 2. Alciat. consil. 31. n. 13. lib. 9. Pezzer. de fideicommiss. art. 52. n. 2. Castald. consult. 281. nu. 1. Rota coram Peuting. decis. 221. num. 17. Ubag. decis. 49. n. 6. & in recent. decis. 34. num. 18. part. 8. decis. 47. num. 4. part. 14.

Ex hoc etiam desumitur responso ad præfentiam retrogradationem, cum Baro Petrus Franciscus non fit de lineis vocatis, ut luculenter ostensum fuit in decisionibus R. P. D. mei Molines.

Et ita, Causa tertio proposita, Patribus semper acriter informantibus resolutum fuit à DD. quod ad reliqua comprobantibus fundamenta benè perpenfa in utraque decisione R. P. D. mei Molines.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO DECANO.

Pisaurum. Fideicommissi.

Luna 12. Februarii 1685.

ARGUMENTUM.

Conditio non existentia vel deficientia si clarè restricta sit ad certum, & determinatum tempus quod importet vulgarem, si verò indeterminata sit quod importet fideicommissariam nisi adsint verba restrictiva -- *tunc & eo casu* -- ait Card. de Luc. de Fideic. Disc. LXXXIX. firmatur autem in præfenti decisione quod ut vulgarem tantum inducere possit præfata conditio equipollentia verba sufficiant, multaque alia adnectentur quæ ad prædictam materiam pertinent.

SUMMARIUM.

- 1 Substitutio facta in casu obitus favore Masculorum & in illorum defectum favore Femininarum est quoad feminas vulgaris adeo per Masculorum existentiam expirat & n. 13.
- 2 Exigitur tamen quoad adsint verba limitativa -- all' hora & in tal caso.
- 3 Hujusmodi tamen verba restrictiva possunt per equipollentiam & ex aliqua alia dictione suppleri.
- 4 Dicitio -- vi -- postea post verbum morendo equiparatur dictioni tunc.
- 5 Dicitio -- sin minus -- operatur ut subsequens dispositio restringatur præcisè ad causam primæ & antecedentis substitutionis.
- 6 Contraventionum eadem est disciplina.
- 7 Dicitio -- se non -- secumfert repetitionem verbi in præcedenti oratione appositi & cum omnibus qualitatibus præcedentibus & n. 8.
- 9 Dicitio -- li -- est restrictiva & personalissima & numer. 10.
- 11 Ex discretivo modo loquendi validum resultat argumentum pro exclusione fideicommissi.
- 12 Verbum -- morendo -- quæ determinate valeat.
- 14 Surd. consil. 110. n. 9. expenditur.
- 15 Substitutio filiorum pluribus Personis facta intelligitur discretivo, itaut cuilibet substituti dicantur proprii filii, secus verò si nemo adsit qui succedere possit.
- 16 Digressus ad plures gradus substitutionum quomodo accipi debeat pro inducendo fideicommissum.
- 17 Gravamen injunctum substituto non inferat ad inducendum fideicommissum si ille vocatus fuerit per vulgarem.
- 18 Absurdum quod melioris esset conditioni extraneus quam Proximior non est considerabile pro inducendo fideicommissum & n. 19.
- 20 Portio filiorum in conditione est conjectura quæ nil urget pro desumendo fideicommissum si deficienti alia conjectura & præsertim contemplatio agnationis.
- 21 Idem est de conjectura deducta ex privatione hereditatis in casu delicti & n. 22.
- 23 Prout de alia desumpta ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis.

DECISIO LXII.

EX dispositione à quondam Hippolita Ondeda in ejus ultimo elogio ordinata, censuit Rota coram me 10. Martii anni proxime elapsi resultare fideicommissum ad favorem fratrum de Lovatellis, & Mariæ Hic-

Hieronymæ de Barignan's Pompei Mazzæ ultimo defuncti ex sororibus nepotibus, ut ex decisione tunc temporis edita, cujus fundamenta nedom ob inexistentiam fideicommissi, verum etiam ob defectum probationis identitatis bonorum impugnantes Creditores ejusdem Pompei in memoriali pro nova audientia porrecto, addidi ex placito partium confucto dubio - An sit standum, vel recedendum à decisio aliam dubii partem - Et quæ bona cadant sub ass. fideicommissi, super quibus DD. hodie consultis pro recessu à decisio prodit resolutio.

Verba siquidem Testamenti in præterita decisione per extensum relata, & signanter illa - Al qual Sig. Gaspare morendo sostituise li suoi figliuoli maschi tanto nati, quanto da nascere, se vi saranno, se no li sostituise le figlie femine del medesimo Sign. Gaspare - Vila sunt præferre fideicommissum universale ad favorem tantundem masculorum Gasparis primo instituti, secus verò ad favorem feminarum, quæ dumtaxat substitutæ leguntur per vulgarem, quatenus illi non existent, non autem per fideicommissariam, casu quo existent masculi, & postea decederent, prout evenit in præsentem per existentiam Pompei, per quam caducata remansit illarum substitutio ex defectu conditionis appositæ, prout consulerunt Paris. consulti. 74. sub num. 17. lib. 2. Fular. cons. 25. numer. 12. Bellon. Jun. cons. 26. num. 37. & consulti. 29. num. 19. & 23. & sub num. 25. versic. Minus obstat, ubi quod contraria opinio communiter reprobetur, & in simili Cyriacæ innumeris cumularum contro. 322. sub num. 93. Philipp. Casald. Mutinen. consulti. forens. 34. sub num. 22. qui infinitos refert, & optimè de more perpendit, ac sæpe sæpius dixit Rota decis. 490. sub numer. 1. & seqq. part. 4. divers. & 277. n. 13. par. 6. & 527. num. 1. & 14. par. 13. rec. & cor. Priolo decis. 110. sub num. 1. & seqq.

Nec adducta distinctio in præterita mea decisione ex theoria Socini. in l. solenus sub numer. 6. ff. de condit. & demors. cum illis sequacibus sub §. Nam hujusmodi, & §. sequentibus ipsius decisionis cumulatæ præsentem hypothese applicabilis videbatur, nam licet verba substitutionis feminarum non limitentur ad certum tempus, cum dictionibus - All' hora, & in tal caso - contextus tamen totius dispositionis præferat præcise restrictionem ad tempus obitus gravati, ideoque ad solam vulgarem restringitur, & substitutionem tantummodo ad casum non existentiam masculorum præferat. Præmissio enim, quod tatis restrictio nedum ex solis dictionibus, tunc, & eo casu, desumatur, sed etiam ex reliqua dictione relativa, vel æquipollenti, ut expressè tenuerunt Alex. cons. 101. sub num. 13. lib. 7. Peregr. de fideicom. art. 29. sub num. 15. Rota coram Buratt. decis. 689. sub num. 2. exinde inferebatur, quod sicuti Testatrix in illis verbis - Al qual Signor Gaspare morendo equiparatur dictioni tunc perinde ac si dictum fuisset si tunc erunt, maxime quia impossibile est, quod post mortem patris filii concipi, & nasci possint, ut ad rem ponderat Altograd. Jun. cons. 51. num. 15. & contro. 56. n. 3. ita etiam in substitutione feminarum idem tempus respexit, ut illa verba quæ subsequuntur - se no li sostituise le femine, stent adverbative ob illam dictionem se no latine fin minus, quæ non solum operatur, ut subsecquentis dispositio restringatur præcisè ad casum primæ, & antecedentis, ut post alios tradit Riminald. Jun. cons. 291. sub numer. 16. & 17. Grat. cap. 539. sub numer. 25. & congruit regula, quod contrariorum eadem est disciplina, & idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, ut arguit Fular. de subst. qu. 28. 6. sub num. 22. versus finem Peregrin. de fideicommissis art. 29. sub num. 9. versus quodcumque, verum etiam seculum fert repetitionem verbi in præcedenti oratione apposti, & quidem cum omnibus qualitatibus præcedentibus, ut in proximis terminis Corn. cons. 44. sub numer. 7. lib. 3. Rot. decis. 527. sub num. 17. par. 13. rec. adeout determinatio casus existentie inducat etiam ad

casum non existentie, itaut uterque intelligi debeat determinatus ad tempus mortis. Abbas cons. 40. num. 1. par. 5. Alciat. cons. 205. in princip. Corn. cons. 186. nu. 5. lib. 3. Andreol. contr. 100. nu. 1. Rot. in recent. decis. 507. per tot. & signanter num. 16. par. 13.

Stante præterita illa dictione h ante verbum sostituise, quæ cum sit restrictiva, & personalissima limitative restringitur ad casum, seu tempus mortis, ad tradita per Rot. decis. 269. sub num. 11. par. 1. rec. & coram Dumozet. Jun. decis. 578. sub num. 11. coram Reinbold. decis. 596. sub numer. 3. & præcisè de tali dictione Rota in Faren. dotis 31. Januarii 1656. §. siquidem coram bon. mun. R. P. D. Verosio, ideoque ipsi Gaspari tantum quem designat, injunctum ostendit onus fideicommissi, prout in proposito ponderarunt Anchar. cons. 266. num. 2. ante medium vers. & hoc multum, Soccin. Jun. cons. 180. num. 41. post medium & 42. lib. 2.

Quæ tanè restrictio, ex diversitate loquendi ipsius Testatrix desumebatur, dum ubi voluit per fideicommissum substituire claris verbis dixit - A quali morendo sostituise li loro figliuoli maschi, & in desito de maschi le loro femine - Ex quo discretivo modo loquendi, seu disponendi validum resultat argumentum pro exclusione fideicommissi, & inductione vulgari substitutionis, ut in simili tradiderunt Giovaen. cons. 97. sub nu. 9. vers. facti etiam lib. 1. Galm. alleg. 48. sub n. 5. & seqq. Rot. coram Priolo decis. 110. sub n. 8. & decis. 72. sub n. 11. 12. par. 10. rec.

Non refragante responione, quod illud verbum morendo, determinat tempus, quod Gaspar debet restituere, sed non existentiam, & successivam deficientiam filiorum, quæ à morte Gasparis non restringitur, sed respicit quodcumque tempus favore substitutorum, juxta responionem in præterita mea decisione datam, nam verbum illud morendo, cum non sit verificabile post mortem, sed ad præcise tempus mortis restringitur, determinat quidem, tam existentiam, quam restitutionem, ut latissime discusso articulo comprobatur Altograd. cons. 60. sub numer. 16. cum pluribus sequentibus lib. 1. & licet operari possit, quod filii Gasparis, five masculi, five feminae possint eidem vigore compendiosæ substitutionis succedere, non tamen sequitur, quod inter utroque tam masculos, quam feminas inducat eadem fideicommissaria substitutio, dum inter illos nullum legitur verbum tractum temporis denotans, & quoad filios sola intelligitur substitutio vulgari, ut tradiderunt Andreol. contr. 100. sub num. 5. Rot. coram Royas decis. 87. sub num. 11. coram Merlin. decis. 269. sub num. 3. & in decis. 357. sub num. 6. & 8. par. 1. rec.

Supposita ex his vulgari substitutione, & quoad verbis æquipollentibus si non expressis restrictionem fideicommissi ad casum obitus Gasparis, sine filius succedentibus per superviventiam Pompei ultimo defuncti, conditio defecerit, ideoque quodcumque fideicommissum ad favorem vocatorum in diverso casu expiravit, DD. superfluum videbatur confutare quacumque auctoritates in præterita mea decisione allegatas uti omnino præsentem casum extraneas, tum quia in illis non aderat restrictio ad tempus mortis, sed verba extendebant etiam ad tempus post mortem, ut signanter explicat, & se declarat Rota. cons. 110. num. 9. prope finem, tum quia erant concepta cum verbis diversis à præsentem hypothese, ut singulis respondendo accurate observabant icribentes pro Creditoribus, quorum responiones, & respectivè casuum distinctiones DD. approbarunt.

Prout etiam inapplicabiles videbantur conjecturæ in dicta mea decisione cumulatæ, nam præter quod deficientem hujusmodi vocatione omnes conjecturæ frigeant. Prima scilicet ex quo Testatrix vocando filios, & filias Gasparis subdidit - A quali morendo sostituise li loro figliuoli maschi, legitimi, & naturali, & in desito de maschi li sostituise le femine - Ex quibus verbis inferitur respectiva vocatio feminarum, & masculorum, ideoque respectu eorundem gravamen inducatur, cessare videbatur, ex quo substitutio filiorum pluribus personis facta intelligatur discretivè, itaut cuilibet substituti dicantur proprii filii, secus verò si nemo adfit, qui succedere possit, ut firmant Ruin. cons. 115. num. 12. lib. 3. Paris. cons. 18. numer. 7. lib. 2. Rot. coram Seraphin. decis. 1023. num. 3. coram Penia decis. 1557. num. 7. coram Caval. decis. 465. sub num. 2.

Alte-

R. P. D. CACCIA.

Bononien. Fideicommissi de Burgonzonis.

Vener. 3. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Collectivo nomine vocatos per vulgarem tantum ceteri nominatos plenissime habetur apud Card. de Luc. de Fideicommissis. Diss. XCI. cum seq. hujusmodi autem theoria in decisione ampliatur licet collectivè vocatos Testator invicem substituerit cum per hæc verba inducat quidem substituto activa non verò passiva.

SUMMARIUM.

- 1. Vlgaris substitutio per additione expirat.
- 2. Verba quos, & eorum filios, & descendentes quodcumque decedentes abique filiis invicem substituit, important reciprocam tam inter primo vocatos, quam inter eorum descendentes.
- 3. Declara, ut hæc conclusio vera sit pro activa vocatione, non autem pro passiva, & reciproco gravamine.
- 4. Verba immediate adjecta verificari debent ad illos, ad quos fuit facta relatio.
- 5. Ex natura reciprocorum omnes ad invicem sortiantur, gravamen, & commodum.
- 6. Verba ad invicem substituit licet respicerent tam primos Institutos, quam ultiores descendentes, atamen per necesse non omnes solent pariformiter determinare, si rationis concurrat diversitas.
- 7. Tractatus temporis à Testatore consideratur per dictionem quodcumque importat fideicommissariam in omnibus vocatis Declara ut n. 8.

DECISIO LXIII.

In novo examine dispositionis testamentariæ Nicolai Domini recedendo à decisio sub die 6. Junii Anni præteriti, censuerunt nullum ex ea resultare fideicommissum favore Actorum, descendentium ab altero ex institutis, sed illud tanquam ordinatum per simplicem vulgarem jamdiu expirasse per additionem filiorum institutorum, ipsorumque omnium obitum cum filiis, juxta doctrinam Cuman. in l. Cum ita §. fidei. n. 4. ff. de leg. 2. Fular. cons. 57. n. 19. Rot. in rec. dec. 242. n. 2. p. 17. & dec. 349. pariter n. 2. p. 19. cum ceteris cumulatæ in alia decisione hujus causæ 19. Februarii 1680. §. Quod verò cor. R. D. meo Decano. Nec obtinere dixerunt, quod per verba - §. quos & eorum filios, & descendentes quodcumque, decedentes abique filiis invicem substituit, inducta cenatur reciproca tam in primo vocatos, quam inter eorum descendentes cum æquali determinatione, & sub eodem orationis contextu substitutos, ex allegatis in mea præterita decisione §. Et hinc tollitur; cum alio in decis. 97. à n. 4. & 13. coram Sanctissimo.

Verba siquidem mox relata visa sunt dumtaxat importare activam omnium descendentium ordine successivo vocationem, ita ut altero ex institutis abique filiis decedente, aliorum forsitan præmortuorum filii, ac descendentes essent activè vocati, non autem concludere inter eosdem descendentes passivum, ac reciprocum gravamen, quod regulariter non egreditur personas institutorum, ut in simili dispositione consultaverunt Soc. sen. cons. 69. & 104. utrobique n. 2. in fin. l. 3. Alter. Jun. cons. 81. sub n. 12. pariter lib. 3. Fular. cons. 3. serè per tot. & de subst. 4. 479. n. 84. 86. seq. & firmavit Rot. decis. 349. n. 7. par. 19. Ponderando præteritam clausulam immediate adjectam - In stirpes sed non in capita quæ cum sint relativa ad descendentes non potest verificari nisi in activa substitutione, ut præter mox citatos arguunt Paris. cons. 87. sub n. 25. lib. 2. Surd. cons. 315. n. 19.

Nil adverteant, quod illa verba, ad invicem substituit, æqualiter qualificent, ac comprehendant tam filios institutos, quam ultiores descendentes; unde quemadmodum in primis inducunt substitutionem tam activam, quam passivam, ita hoc idem resulteret quoad alios, ut æqualiter omnes juxta naturam reciprocorum ad invicem sortiantur gravamen, & commodum, ad tradita per Soccin. Jun. cons. 78. n. 33. lib. 3.

Stat

Stac enim simul, quod predicta verba æqualiter respiciant tam primos institutos, quam ultiores descendentes, & tamen ex diversitate rationis non omnes pariformiter determinent, sed respectu institutorum, qui fuerint honorati, important passivum gravamen, non sic respectu descendendum, quorum vocationis casus cum non evenerit; sed expiraverit per vulgarem, sicuti non poterunt dici instituti, ita neque gravati, neque reciproce substituti censendi sunt ex regula l. ab eo C. de fideicom. & consuetudine tradita per Socc. sen. conf. 104. nu. 5. lib. 3. & per Fuffar. conf. 3. sub n. 6. vers. 4. addo.

Minus relevat, quod tractus temporis consideratus à Testatore per dictionem quandocumque, non patitur fideicommissum expiratum per vulgarem in primis institutis, sed importet fideicommissariam in omnibus successivè vocatis, DD. in leg. Conturro ff. de vulg. & pupil. cum concordantibus in præterita decisione. Hec videbatur, quia placuit responso data in decis. R. D. mei Decani J. Nec pariter, quod nimirum talis dicitio tamquam non opposita post verbum substituit non percutit substitutionem, quæ respicit omnes vocatos, sed solum uti adjecta decedentia institutorum ibi. Quandoquidem decedentes ad tempus eorum mortis restringitur, quod non sufficit ad effectum, de quo agitur, Cravat. conf. 131. n. 4. Laderch. conf. 58. n. 21. Mart. de success. legal. par. 4. quæ 24. art. 2. nu. 3. 4. Cavaler. decis. 496. n. 9. 10. Ubald. decis. 33. n. 7. 8.

Exclusa ex predictis fideicommissi. existentia, superfluum putatur Domini aggredi articulum illius purificationis, necnon alterum super detractionibus, quas sibi competere super Prædio controverto contendebant Moniales Reæ conventæ. Et ita utraque &c.

R. P. D. C A P R A R A.

Reatina Fideicommissi.

Merc. 24. Novembris 1694.

A R G U M E N T U M.

Substitutionem factam in casu deficientiæ cessare in casu non existentie eximavit Oldradus Conf. 177. sed contrarium esse verius probavit Card. de Luc. de fideic. Disc. XC. tam in substitutione directa quam in obliqua, cujus sententiam quoque sequitur hæc quæ edita fuit decisio.

S U M M A R I U M.

- 1 Immissio fideicommissario debetur, si concurrant fideicommissi existentia, purificatio illius, & bonorum identitas.
- 2 Dicitur factus locus substitutioni, si purificatio conditionis appareat.
- 3 Substituto facta in casu extinctionis lineæ, locum habere non potest, si linea nunquam incæperit.
- 4 Contrarium est verius.
- 5 Substitutus in casum deficientiæ filiorum eo magis censetur substitutus in casum non natiuitatis, si conservacionem familiæ Testator exoptaverit.
- 6 Alienam à voluntate Testatoris dicitur esse quod extranea persona valeat excludere proprios descendentes.
- 7 Verba in tal casu in substitutione adjecta non excludunt quod dispositio ex verisimili voluntate Testatoris extendi possit.
- 8 Filius, qui fuit præsen. Testamentarie dispositioni Ascendentis, & dispositio in ea observare promissit, censetur prohibitionem etiam legitime approbasse, licet illa cum cautela Soccini prohibita non legatur.
- 9 Vir non autem Uxor dicitur detritrix, si census impositus fuerit pro indigentibus Domus, & in banc causam pecunie extiterit versæ.
- 10 Detractiones modicæ non impediunt Immissionem, cum præsumantur ex fructibus consumptæ.
- 11 Mater, quæ est prohibita per statum testari de ejus dote, nequit illam fideicommissio pergravare, cum filii illam recipere dicantur ex statuto, non autem iudicio materno.
- 12 Valet Testator bona hæredi fideicommissio supponere.
- 13 Et supposuisse dicitur si illa specificè cum suis consubibus expresserit.

14 Et tale suppositioem nequit hæres, qui illam servare promissit, retrahere, minusve succedere.

D E C I S I O LXIV.

Post obitum Antonii Penicchi sine filiis apertum fuit favore Bernardini, & Leopoldi filiorum Hieronymi illius fororis fideicommissum constitutum à Pulcheria communi matre, sed illorum restitutione impugante Orinthia Uxore & hærede Testamentaria d. Antonii intendere curantur iidem fratres remedium l. fin. C. de edict. Di. Adrian. toll. cujus vigore reportavit ab A. C. Taurisio immissionem à Rota pariter canonizatam, nam cum conflet de fideicommissio, ejusque purificatione, & identitate bonorum, utique non debet illa denegari ex remedio d. l. sine ex utilis Salsolano interdictio Jux. Text. in l. fin. C. commun. legat. ut passim reponit Rota & signanter coram S. M. Alex. 8. decis. 242. n. 5. 6. coram Conf. 131. n. 11. & in rec. decis. 146. n. 4. 5. par. 12. & dec. 386. mun. 13. & dec. 106. n. 2. & decis. 180. n. 2. par. 17.

Existentiæ siquidem, & purificatio fideicommissi clarè apparet ex Testamento ubi cum Pulcheria in defectum descendendum Antonii hæredis instituitur extinctaque ejus linea masculina, & feminina substituitur Hieronymum filium, ejusque filios masculos (quales sunt Actores) & Antonius obierit sine filiis tam masculis, quam feminis dicitur factus locus substitutioni, Rot. decis. 12. num. 2. 3. par. 10. & dec. 150. sub n. 11. vers. Clarum est fideic. par. 15. 2. rec. dec. 253. n. 1. 2. coram Priolo.

Nec obstat quod vocatio Hieronymæ, & filiorum fuerit concepta in calum extinctionis lineæ Antonii, ibi & existitguendæ la linea feminina d. Antonio, qui casus cum non evenerit, quia linea non incæpit, dici non potest purificata substitutio juxta conf. Oldrad. 142. & 147. Quoniam cum illa verba non ad alium finem fuerint à Testatrice prolata, quam ad substituentem propriam filiam, ejusque in casu decessus masculorum, & femininarum Antonii, in de fit ut eadem filia & filii vocati censentur tam in casu quo filii Antonii non nascerentur, quam si postea nati decederent, cum in utroque ex his casibus verificetur successiois defectus licet ex diversa causa proveniens, ut de veriori, & magis communi opinione reprobat altera Oldradi, & sequacium late firmatum fuit in decis. 12. nu. 9. cum seqq. p. 10. rec. quam sequitur est Rota in Urbevætanâ fideic. 25. Januarii 1692. §. 2. coram R. P. D. meo Pio, & in præcis terminis finita, & extincta linea traditè Giovagn. conf. 74. per tot. & conf. 75. nu. 16. & seqq. & dec. Ferrarier. ibi impressa n. 54. Rota in recen. dec. 233. n. 3. par. 14. & dec. 358. n. 12. & seqq. par. 15. & coram Bib. dec. 480. à n. 11. usque ad 17. & firmatum fuit in Ferrarier. fideicommissi Aprilis §. Nec substituit & 10. Junii 1693. §. Non enim coram R. P. D. meo Molino.

Quæ opinio eo libentius fuit admissa ex quo Testatrix ula non fuit verbis taxativis, minusque ex ejus dispositione tales resultent conjecturæ, quæ contrariam ejus voluntatem demonstrant, quinimò favorabiles pro Actorebus videtæ sunt concurrere, dum vocavit non solum ipsos primos filios Masculos Hieronymæ, sed gradatim omnes alios in infinitum cum onere assumendi nomen & Arma familiæ Pennicchiæ illiusque domum habitandi sub pena privacionis in casu indobedienciæ, & proinde ex ratione identitatis fateri oportet voluisse gravare Antonium tam in casu natiuitatis, & deficientiæ filiorum quam non natiuitatis ut argue in specie Rota cor. Buratt. d. 379. n. 3. & cor. Bichio d. 480. sub n. 14. cum tribus seqq. & d. 358. mun. 15. par. 15. rec. alias enim lequeretur absurdum profus alienum à voluntate fideicommissitatis, quod scilicet persona extranea ut est uxor Antonii excluderet proprios descendentes Testatrix Rota d. 427. num. 7. & 8. par. 5. & d. 358. n. 16. par. 5. rec.

Nec huic intellectui adversantur verba illa substitutionis in tal casu quia non excludunt quod dispositio ex verisimili voluntate Testatrix extendi possit ut reponit Rota d. d. 12. num. 17. & 18. par. 10. rec. & in Urbevætanâ fideicommissi 23. Januarii 1692. §. Cujus quidem cor. R. P. D. meo Pio.

Firmato ex his fideicommissio ejusque purificatione consecutiva immissio retardari non valet præsentis detractionum. Quoniam quotativæ consistentes in Trebellianica & legitima fuerunt expressè prohibite in Testamento non obstan-

obstantes quod legitima non poterit prohiberi non servata cautela Soccini quia cum in confectioe fuerit præsens Antonius, & cum ejus juramento consenserit pro omnium ibi dispostorum observantia ibi, per observantia de tutte le cose infradette &c. censetur prohibitionem etiam legitimam approbasse eidemque renunciaffe, Peregr. conf. 67. n. 3. & 13. lib. 1. & in tradi. de fideic. art. 36. n. 89. & 90. Fuffar. de substit. quæ 296. n. 3. & seqq. & n. 100. & 104. Merlin. de legit. lib. 3. quæ 9. n. 35. Rota penes ipsam. dec. 137. n. 7. & cor. Arguell. dec. 66. n. 9. & coram sa. me. Alex. VIII. dec. 100. n. 6. & seqq.

Quantitativæ vero detractiones quarum prima consistit in Centu scut. 150. extincto pro Antonium, qui quidem iste census impositus à Testatrice, sed pro indigentibus Viri, & domus ut loquitur Instrumentum, & patet ex interventu Procuratoris ejusdem Viri, & ex cessione facta eodem Antonio communi filio, & præsentia græis alieni, ejusque dissolutione biduo post immissionem Census, ut ex documentis exhibitis in sum. Act. n. 2. & 3. & proinde non Mudler, sed ipse vir dicitur Census debitor juncta glo. in l. sed & Julianus §. si inter duas ff. ad Vellejan. Cenc. de cens. q. 73. n. 2. & 6. Mantica. de test. & ambig. lib. 16. tit. 1. n. 2. 73. n. 2. & 6. Merlin. dec. 634. n. 5. & 6. & perpenfis omnibus circumstantiis Rot. dec. 114. n. 1. & per tot. ubi specie de censu extinguo à filio par. 5. rec.

Aliæ vero scut. 50. pro legato solato PP. S. Augustini, & scut. 10. 60. pro expensis famerum tamquam modicæ præsumuntur consumptæ ex fructibus pro Orinthiam perceptis Rot. dec. 108. n. 5. coram Celfo, & in recen. dec. 244. n. 2. & 3. p. 7. & dec. 277. n. 21. p. 13. & dec. 35. n. 7. par. 15. Nedium restringenda videtæ immisso tantum ad partem hæreditatis mater ob resistendum statuti Reatini permittentis mulieribus nuptis testari de tertâ parte tantum suæ doris secundum libitum voluntatis, nam & si mater stante d. statuto non possit in aliis duabus partibus gravare filios fideicommissio, quia illas recipiunt ex dispositione statuti non autem Judio matris, ut volit Surd. conf. 163. n. 1. & seqq. lib. 2. & firmavit Rot. dec. 388. n. 1. & seqq. p. 4. rec.

Nihilominus quia mater filium hæredem instituit potuit de illius bonis propriis disponere, illaque supponere eidem fideicommissio, cui propriam hæreditatem, & bona supposituit ad Test. in l. non ex famul. §. si fundum, & l. Imperator. cor. §. si censum, & l. cum Pater ff. de legat. 2. cum aliis in Romana, seu Verulanâ fideic. Maii 1690. §. nec ad impediendam coram me, & voluisse etiam apparere, dum omnia bona singulariter, & specificè cum suis consubibus expressit in Testamento firmar. Act. n. 1. ut dicit Card. de Luc. de fideic. disc. 339. sub n. 4. vers. Idemque & Rot. dec. 375. n. 6. Vers. Voluntas & seqq. par. 12. rec.

Unde cum maternæ dispositioni consenserit Antonius eamque omnibus observare promiserit, permittit non est Orinthiæ illius hæredi dd. duas partes bonorum detraxere cum dicantur suppositæ eidem dispositioni, ac fideicommissio, Peregr. de fideic. art. 6. n. 47. & seqq. Fontanell. de pass. nupt. claus. 4. glof. 3. n. 28. Cappy. Latr. dec. 44. n. 28. & 39. par. 12. recen. confirmatoria sub die 2. Decembris. 1659. §. unde cum talis donatio, coram Melio.

Atque ita partibus abque controversia procedentibus circa Identitatem bonorum fuit iidem informantibus resolutum &c.

R. P. D. C A C C I A.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 9. Junii 1690.

A R G U M E N T U M.

Pluralitas in singularitatem resolvitur, sed quoties præexistat Persona prædicta resolutionem fieri non posse plene notat Card. de Luc. de fideic. disc. XCII. At hujusmodi conclusionem esse declarandam in hæc decisione deciditur, ut vera sit in substitutione concepta per verba collectiva, vel distributiva, secus verò si per alternativa.

S U M M A R I U M.

- 1 Substitutus sub duabus conditionibus alternativè positus sufficit ut admittatur quod purificetur altera ex ipsis.
- 2 Pluralitas non resolvitur in singularitatem, & verba distributiva, vel distributiva, secus verò si per alternativa.

Substitutiva resolvuntur in conjunctiva superexistente Persona magis dilecta Testatoris.

- 3 Hæc tamen conclusio admittitur in terminis substitutionis conceptæ, vel per verba collectiva, vel per distributiva.
- 4 Secus si per alternativa, & n. 5.
- 5 Una pars Testamenti aliam declarat, declarata ut n. 7.
- 6 Exceptio firmat regulam.
- 7 In particularibus pretium loco rei non succedit.
- 8 Limitatur interminis invocentis sequenti ad formam Bullæ Juris congrui, & n. 11.

D E C I S I O LXV.

Lucia Testatrix instituit hæredibus Simeone, & Michael Angelo filiis illique in certis casibus ad invicem reciproce substituitis transeundo ad aliam substitutionem sic disposuit; in casu ubi caschedano di loro ò ambedue non morissero senza restamento tutta la mia robba, ò parte si ritrovesse in tutta, voglio che succeda la Chiesa di Campo Marzo con peso di tante Messe, Defuncto autem super Simone altero ex dictis filiis nullo condito Testamento Ecclesia prædicta judicium immissionis super bonis fideicommissariis ab eo de tempore obitus possessis contra Michaelam Angelum fatrem introduxit. Cumque in prima Infantia succuberit, disputato hodie coram me Judice appellationis dubio consueto: An sit danda immissio. Dominis tandem esse responderunt.

Moti quoniam ex tenore mox relatæ dispositionis in qua Ecclesia substituta legitur tam collectivè in casu obitus utriusque hæredis quam distributivè pro obitum uniuscujusque; ideoque evenisse videtur casus illius vocationis eo ipso quod per motum Simeonis, purificata est altera ex conditionibus sub quibus ipsa fuit alternativè substituta, ad communiter firmata per DD. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Fuffar. de substit. q. 473. n. 1. & seqq. Rota dec. 47. n. 4. & seqq. p. 9. recen. & coram Duno. Jun. dec. 162. n. 2. & 11. cum aliis infra alleg.

Nec obstat vitium est, quod ob superexistentiâ Michaelis Angeli pluralitas non resolvatur in singularitates, & verba distributiva resolvantur in conjunctiva ex præsumpta prædilectione, sed verisimili mente testatrix, quæ non censetur ad exclusionem proprii filii voluisse Ecclesiam hæredem extraneam substituire l. cum quidem C. de impub. & aliis subst. Bald. in l. 1. C. de condit. instri. Peregr. de fideic. art. 13. n. 32. Rota dec. 804. sub nu. 6. p. 1. dicitur. & in recen. dec. 97. n. 8. & 9. par. 17.

Quidquid enim esset si ageretur de substitutione concepta per verba dumtaxat collectiva, in quibus terminis intrat quæstio an pluralitas resolvatur in singularitates, vel etiam per verba tantum distributiva, quo casu dicitur ut resolvatur in conjunctiva quoties superest persona verisimiliter Testatoris prædicta, & quæ ab intestato excluderet substitutum ex autoritatibus in objecto allegatis. Respondente Domini, quod ubi prout in præsentis substitutio concepta est sub utroque casu distributivè simul & collectivè ibi — Caschedano di loro, ò ambedue — nimis clara videtur voluntas testatrix substituenti Ecclesiam tã per præmorientium unius dumtaxat ex hæredibus, quam per decessum utriusque, nec ideo attenditur argumentum prædilectionis & præsumptæ voluntatis excludendi ex hoc capite substitutum ad tex. in l. hæredes mei §. cum ita, & l. Lucius Tutius §. Cajo ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 13. n. 29. Fuffar. de substit. q. 473. n. 11. & sequentibus. Card. de Luc. de fideicom. disc. 95. n. 3. Larr. decis. Granaten. 61. per tot. & signanter n. 19. cum sequen. cum aliis quos in consimili themate verborum sequuta est Rota in Romana manventionis 15. Martii 1688. §. quod attinet cor. R. P. D. meo Heronals, & 23. Martii 1689. §. quod ad secundum 2. & 16. Januarii §. minus allicit coram R. P. D. meo Caprara. Ea convenienti ratione quod ubi habemus certam, & determinatam voluntatem ex littera Testamenti depromptam frigeant præsumptiones, & conjecturæ quæ semper cedunt veritati, ut in proposito notavit Rot. in d. Romana manventionis 23. Martii anni præteriti §. In nihil coram R. P. D. meo Caprara.

Abique eo quod contrarium suaderi valeat ex quo Testatrix in priori parte Testamenti filios hæredes institutos, re & verbis conjunxit eoque ad invicem substituit; 6 quamvis enim una pars testamenti soleat aliam declarare, quia tamen dicta conjunctio, & reciproca respectivè restricta apparent ad certos casus per vulgarem jam

expiratos extendi non possunt ad casum fideicommissariae contra expressam testatrix voluntatem quam ex predictis constat per uniuersumque obitum ab intestato indilinctè uoluisse exclusionem coheredis Ecclesiam uocare, unde potius intrat argumentum ductum a discreti uero modo loquenti d. quando s. idem respondit ff. de fundo instruo.

Fortius quia hoc certa ac determinata voluntas testatrix magis conuincitur ex alia inferiori parte eiusdem Testamenti in quo ad exclusionem Ecclesiae substituta posuit in conditione solummodo filios utriusque haredis praemorientis ab intestato ibi: Non intendo per di togliere à miei figli la facultà di alterare, o di testare, ma solamente la successione ab intestato eccetto se hauesero figli quali uoglio che succedino à loro Padri solamente &c. Ex hac enim intestata successione referuata solum filiis institutorum, rectè arguitur Testatrix omnes alios excludere uoluisse iuxta uulgatum axiomam quod exceptio unius Casus firmat regulam in non exceptis l. Lucius Titius §. pluribus ff. ad Trebell. Rota dec. 150. n. 20. par. 16. cum alia passim.

Firmata ex predictis existentia & purificatione fideicommissi quo ad identitatem super qua ceteroquin nulla cadebat questio, non obstat quod substitutio sit facta in eo, quod superest, adeoque cum Domus fideicommissaria alienata iam fuerit, per Simeonem, Immissio dari non possit ad loca montium quantumvis pretio illius acquisita, eo quia in particularibus regulariter pretium loco rei non succedit l. qui uos §. ult. ff. de iun. glof. in l. Labeo, & Sobinus ff. de uerbor. oblig. Tiraq. de retrad. ligug. §. 32. glof. 1. n. 20. & seq. Quoniam cum alienato praecederet ex causa necessaria retradus scilicet coadiui in uim Bullae Gregorianae districte praecipiens quod pretium reuincatur, & obnox un remaneat omnibus dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus quibus res uendita subiaceret, & de facto loca montium ad formam dicti Constitutionis fuerint comparata, non uidebatur haestandum quin adhuc super illis uti dista Domus subrogatis uigat fideicommissum iuxta naturam subrogationis de relatis concordantibus in proposito, Rota coram Merlin. dec. 428. nu. 1. & sequentibus, implemte etiam lege factum hominis de cuius uoluntate subrogauit etiam in particularibus admittitur, ut limitando contrariam regulam probat Tiraquell. ubi supra nu. 22. Surd. dec. 306. n. 12. Rota dec. 539. nu. 3. coram Cuccino, & coram Zanate dec. 79. n. 4. Et ita utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommissi de Marecotta.

Lun. 3. Decembris 1691.

ARGUMENTUM.

Substitutio pluribus facta cum conditione si omnes sine liberis obierint habet locum si unus tantum sine filiis decesserit, sed id procedere ex mera uoluntate Testatoris adeo ut quatenus de contraria uoluntate constat non esse admittendum notat Cardin. de Luc. de Fideicommiss. Disc. XCIII. enumerat utaque casus in quibus dicatur constare de uoluntate Testatoris exclusiua resolutionis pluralitatis in singularitates.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissum relictum duobus seu pluribus cum conditione si uterque sine liberis obierint habet locum si unus tantum sine filiis decesserit.
- 2 Substitutio facta copulatiue in casu mortis plurium sine filiis purificata dici non potest superextante aliquo ex primo uocatis cum filiis.
- 3 Natura copulatiue est, ut concurrere debeant omnia copulata.
- 4 Pluralitas solet in singularitatem resolui.
- 5 Resolutio autem fit ex praesumpta Testatoris uoluntate.
- 6 Ideo existente in contrarium uoluntate Testatoris pluralitas in singularitatem non resoluitur.
- 7 De hac uoluntate constat si Testator fideicommissum instituerit, ut conseruaretur splendor, & nobilitas eius familiae quoque uocatorum linea perduret.

- 8 Pluralitas in singularitatem non resoluitur quando subiecta materia ita iudicat.
- 9 Substitutio purificata dici non potest superextante Persona de linea contemplata, & expresse uocata.
- 10 Pluralitas in singularitatem non resoluitur si Testator bona fideicommissio obnoxia tanquam individua considerauerit.
- 12 Re & uerbis dicuntur conjuncti Haeredes si unica oratione si eadem res duobus legata.
- 13 Quo casu per Jus non decrendis per obitum unius consolidetur res favore alterius.
- 14 Et non fiat resolutio pluralitatis in singularitatem.
- 15 Jus accrescendi locum non habet post quaesitum emolumentum, declarata, ut n. 16. & 17. 18. & 19.
- 16 Pluralitas in singularitatem non resoluitur quando superest Persona Testatoris magis praedicta quam substitutus.
- 17 Persona autem magis praedicta ad effectum dicitur ille qui primo loco fuit nominatus.
- 18 Ac etiam ille qui fuit aptior reputatur pro conseruatione splendoris familiae, & extitit re & uerbis conjunctus.
- 19 Verba in eodem modis, & formis denotant aequalitatem uocationis cum casu precedenti.

DECISIO LXVI.

Nicolaus Marecotta inter caetera quae disponit in suo Testamento, reliquit iure legati, institutionis, & omni alio meliori modo Bernardino, & Antonio Mariae fratribus eiusdem familiae Marecotta praedium sub communi Medicinae nuncupatum la Marecotta cum omnibus bonis sub illo contentis: quibus deficientibus cum filiis, & deficientibus linea Masculinae uoluit istos in praedictis bonis & d. Praedium succedere excludendo tamen legitimos etiam per subsequens matrimonium, uel privilegium, si uero deficerent legatarii, uel eorum descendentes, & linea sine filiis masculis legitimis natiue de legitimo matrimonio mandauit, quod d. praedium, & praedicta bona redirent ad suum uniuersalem haerem nempe Vincentium Marecotta fratrem naturalem ipsius Testatoris eiusque descendentes: Deinde in Codicillis legato accreuit alterum praedium nuncupatum del Boico in communi Sancti Almafii cum iisdem tamen modis, formis, & substitutionibus contentis in supra dicto altero legato.

Defuncto Testatore vigore huiusmodi dispositionis, & praedium, & bona sub illo contenta consecuta fuerunt legatariis, sed uice Praedii del Boico receperunt pretium ualutatum in lib. 38. cum onere illius inuentidum pro uocatis ad hoc fideicommissum particulare.

Post haec obit Antonio Mariae sine filiis, & deinde Bernardino relicto Commare Antonio Iosepho filio, & haerede contra quem infirmiter D. Co. Vincentius heres institutus in Testamento, & substitutus in praedicto legato in defectum legatariorum sine filiis, & deficientibus, & linea, praetendens quod per obitum Antonii Mariae sine filiis purificata fuerit eius uolue substitutio pro medietate d. legati inuixus dispositioni uulgati. Text. in l. heredes mei §. 57. ff. cum ita ff. ad Sen. Conf. Trebell. in quo sancitur fideicommissum, relictum duobus, seu pluribus cum conditione si uterque sine omnes sine liberis obierint habere locum si unus tantum sine filiis decesserit cum pluralitas resoluitur in singularitates, super quo contrariis habitis sententis in Tribunali Eminentissimi Legati Bononiae, tandem ad me appellantis causa deuoluta hodie dubitauit An si concedenda immisso, & laxandum mandatum, & super utroque negativo fuit responsum.

Non enim constare uisum de purificatione substitutionis favore Vincentii Adoris quia eius substitutio facta reperitur copulatiue in casu mortis plurium sine filiis. Ideoque purificata dici nequit superextante aliquo ex primo uocatis cum filiis l. si haeredes plures §. ff. de condit. institut. l. cum quidam 10. C. de Impul. & alii substit. iuxta non minus ueram, & naturalem uerborum proprietatem, quam efficaciam copulatiue, cuius natura est, ut concurrere debeant omnia copulata, & falsa sit nisi in omnibus impleatur, Bart. in l. heredes mei d. §. cum ita ad Sen. Conf. Treb. & ibi Ripa n. 139. & 143. Menoch. praesumpt. 186. n. 33. & 34. lib. 4. Fulcar. de substitut. q. 473. n. 93. Surd. dec. 210. num. 39. Mantica. de coniectur. lib. 11. tit. 5. num. 29. Dec. conf.

conf. 549. num. 2. & 3. Gratian. discept. 468. num. 74. & 621. num. 32.

Et licet ab hac uerborum proprietate recedi solet resolviendo pluralitatem in singularitatem, itaut decedente ex inuictis sine filiis admittatur substitutus ad portionem deficientis inhaerendo uulgato responso Papiniani in d. l. haeredes mei §. 57. ff. cum ita ff. ad Trebell. hoc tamen fundatur in quadam tacita seu praesumpta uoluntate Testatoris ex eo deducta quod si iste uoluit substitutum totum habere omnibus primo uocatis decedentibus sine filiis ceteri etiam debet uoluisse habere partem seu portionem unius tantum deficientis, qua uoluntate concurrente à proprietate uerborum, & natura copulatiue receditur, ut in d. §. cum ita ibi -- Nepti prima facie propter conditionis uerba admitti non uidebatur, sed cum in fideicommissis uoluntatem spectari conuenit l. falsa de monstratio 32. §. ff. de condit. & demonstrat. Mantica. de coniectur. lib. 11. tit. 5. num. 24. post med. Gratian. discept. forens. 468. num. 75. etiam idipsum tenuit Rota dec. 604. n. 3. & per tot. par. 1. aduers. & dec. 246. coram Gregor. XV. dec. 145. n. 2. & 3. & dec. 316. num. 4. par. 1. recentior. dec. 97. num. 2. & 142. n. 1. & 244. n. 2. par. 17.

Ac proinde existente in contrarium uoluntate Testatoris pro resolutione pluralitatis in singularitates attendenda uenit, capienda uerba in propria significatione & iuxta naturam copulatiue, ut nemp sermo conceptus in personis plurium copulatorum non conueniat aliquibus tantum cum resolutione numeri pluralis in singularem, Partic. conf. sequagmo quarto, primo dubio uol. secundo Gratian. discept. 621. n. trigefimo secundo, & discept. 741. n. 12. Card. de Luca de fideic. discurs. 96. n. 5. Rot. dec. 97. n. 3. dec. 142. n. 3. dec. 244. n. 3. p. 17.

De tali autem uoluntate exclusiua resolutionis in singularitates constare uisum fuit in praesenti reflectendo, quod Testator particulare ordinari uoluit fideicommissum super praedio semper, & ab antiquo tempore possessio à personis de uera, propria, & legitima familia Marecotta de qua ipsa erat (ita ut praedium secum ferat dominationem familiae nuncupatae la Marecotta) ad illud uocando Bernardino, & Antonium Mariam de dicta familia eorumque descendentes masculos in infinitum cum mentione lineae Masculinae, & exclusione legitimatorum etiam per subsequens matrimonium, uel privilegium, ex quo appareret quod Testator eius uerit intentionis, ut perpetuo retineretur huiusmodi praedium una cum bonis ei annexis sitis in Communi de Medicina ab illis de d. familia Marecotta, & sic conseruaretur splendor, & nobilitas eius familiae quo uolue uocatorum linea masculina perduraret, qua stante conseruetur uoluisse, ut decedente uno ex legatariis sine filiis pro adimplemento sua uoluntatis consolidaretur portio deficientis penes superstitem, ut in similibi aduertit Rota in decision. Roman. fideicommiss. de Ursinis 7. Februarii 1681. §. Et quomodo coram bo. Albergato, & generaliter non resolui pluralitates in singularitates quando subiecta materia aliud suadet tenet Oldrad. conf. 131. Card. de Luca. d. disc. 96. n. 7.

Addito quod Testator nedum in contro uerbo legato, & particulari fideicommissio considerauit Bernardino, & Antonium Mariam eorumque descendentes per modum unius lineae ibi -- e dopo d'essi alli figliuoli, e descendanti in linea Masculina, & interiori ibi -- E mancando essi, o suoi descendanti, e linea, quod operatur ut substitutio favore Vincentii purificata dici non possit super extante Bernardino de linea sic contemplata, & expresse uocata ad tradita per Rot. dec. 183. n. 6. par. 10. Verum etiam substituentio Vincentium habuit, & considerauit praedium tanquam rem individuum, & cum supposito de eius permanentia abque scissura portionem penes institutos, & suos descendentes dum dixit ibi -- Che la suddetta possessione, e beni uadino, e ritornino all'infirmiter suo Erede, e descendanti, ex quo oritur assistentia purificationis substitutionis favore Vincentii quoad uolam portionem alterius ex legatariis sine filiis, quoad uel locus fiat substituentio extendendus ueniat omnium legatariorum obitus sine filiis ex firmatis per Rotam decisione 177. nu. 11. & sequen. coram Priolo, & traditis per Peregrin. conf. 32. nu. 44. Card. de Luca. dicto disc. 9. num. 8.

Quae clariora redduntur ponderando quod Bernardino, & Antonium Mariae legatarii sunt conjuncti re, & uerbis ibi -- Ilesio à Bernardino, & Antonio Maria Fratelli Decision. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

una possessione, cum sub uno, & eodem uerbo, complexu, seu uia oratione sit eadem res duobus legata §. si eadem res instit. de legat. l. Triplici 142. ff. de uerb. signif. l. Compuncta 78. ff. de legat. 3. propter quod defecto Antonio Maria sine filiis superstitite Bernardino, huic per jus non decrendis totum legatum debetur d. §. si eadem res l. par. in princ. l. penult. ff. de usufructu. accresc. l. unica §. Ubi autem uerf. si uero nemo alius C. de caduc. tollen. Bellon. de Jur. accresc. cap. 5. quaeft. 37. an. 1. dec. 72. n. 8. & seq. & dec. 94. coram Pan. decisione 374. n. 4. par. 11. & in his terminis pro exclusione resolutionis pluralitatis in singularitates, Menoch. conf. 661. n. 13. uerf. ita commune & n. 15. Card. de Luca. d. discurs. 46. n. 8. Rot. dec. 97. nu. 16. & dec. 244. in fin. par. 17.

Parum refragante quod subacrescendi Locum sibi non vindicet post quaesitum emolumentum l. 1. §. Interdum ff. 15 de usufructu. accrescendo quoniam hoc procedit quando eadem res pluribus in eadem oratione reliquitur, quo casu licet inter istos adit conjuncto realis, uel uerbis postquam quilibet suam portionem acquisiuit cessat eas accrescendi, ubi autem (prout in casu) legatum fuit relictum nedum Bernardino, & Antonio Mariae, uerum etiam eorum filii, & descendentes. Inde sequitur quod cum Antonius Maria decesserit sine filiis eius portio per jus non decrendis remanserit penes superstitem, Rota d. decision. 72. num. 10. & seq. & decision. 94. coram Ponia d. dec. 374. n. 7. par. 11. Praesertim quia ut dictum est Testator legatarios considerauit per modum unius linea, quo casu uti redacti in unum corpus superites praecipue partem deficientis quasi suam l. primo §. bis ita definiti uerf. hoc ita remanet uariè C. de caduc. tollen. & etiam quia legatum remanuit uti rem individuum quo stante cum eadem res sit apud omnes legatarios in solidum ideo habet conditiones non decrendis, Card. de Luca. de feud. disc. 8. sub n. 16. & de iurepatr. disc. 35. sub n. 10.

Et his positis applicatur altera limitatio communiter recepta ne pluralitas resoluitur in singularitates, nemp 20 quando superest persona Testatoris magis praedicta quam substitutus, Bart. & Doctores in d. l. haeredes mei §. Cum ita Ful. de substit. q. 473. n. 30. Card. de Luca. d. disc. 96. n. 9. Rot. dec. 183. n. 8. par. 15. dec. 93. n. 8. & 142. n. 13. & 244. n. 6. par. 17. quod sane conuenit in hoc casu, siue quia Bernardino, & Antonium Maria fuerint in hoc particulari fideicommissio primo loco nominati, Rot. dec. 287. n. 10. coram 21 Bieb. & dec. 637. n. 3. in fine par. 2. rec. siue quia ut dictum est tale legatum relictum fuit pro conseruando splendore, & nobilitate familiae Marecotta: ad quod aptiores Testator reputauit ipsos legatarios tanquam uere de d. familia siue quia eor re & uerbis conjuncti, ut has duas qualitates ad probandum praedilectionem ad exclusionem substituti ponderat Menoch. de praesumpt. 86. n. 20. uerf. dicitur.

Et hac omnia militat etiam respectu Praedii del Boico legati in Codicillis eidem Bernardino, & Antonio Mariae cum legatum hoc relictum fuerit eidem modis, formis, & substitutionibus contentis in altero legato relicto in Testamento Praedii della Marecotta, de quo supra dictum est, sicque ex efficacia dd. clausularum eodem modo de utroque legato iudicandum est, Menoch. conf. 124. n. 60. Rota cor. Pamphil. dec. 706. n. 2. & dec. 1788. n. 17. cor. Coccino. Et ita utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Tuculana Fideicommissi.

Ven. 9. Maii 1687.

ARGUMENTUM.

Fideicommissa utpote odiosa nequaquam extensionem recipiunt, & ideo quoties uerba Testatoris satis uerificari, & adaptari possint Defendentibus distributivè utriusque linea nunquam est pro inductione reciproce linearis iudicandum, nisi eiusdem Testatoris uerba adeo sint clara, ut sine lineari reciproca saluari non possint per ea quae etiam scripsit Card. de Luca. de Fideic. disc. C. cum multis sequentibus, & ad effectum suadendi reciprocam cum fideicommissis, & ad effectum suadendi reciprocam dubie reiciuntur.